

Bona Stabilia Infrascripta. tradita et Assignata pro ea. in dotem philippo f. qd. laurentii de Iohanne marco viro suo olim tempore contracti matrimonii Inter eos. pro eo videlicet quod dictus philippus predictam Iohannam uxorem suam In possessionem predictorum Bonorum contra Iustitiam nequiter molestabat. nec ipsam possidere pacifice permitebat. de quo prefata mulier coram predicto domino Iustitierio est conquesta. Bona vero Assignata sibi per eundem magistrum Iuratum Sunt hec videlicet. domus una orreata cum Gayfo adherente sibi ex parte precedente Sita in predicta Civitate Baroli in pictagio Sacti Stephani Inter hos fines. A medio Iuxta domum Riccardi de notario Gregorio. A medio Castro Iuxta domun laurentii bonalme. A medio pariete Iuxta domum heredum Iordane de laureta et Iuxta viam publicam. Item et pecie due terrarum existencium In pertinentiis Andrie et Cannarum. in loco qui dicitur lama lencie quas tenet predictus Andreas de laureta. Ad Terracicum nomine et pro parte mulieris eiusdem una videlicet ipsarum est Inter hos fines iuxta viam publicam. Iuxta terram ecclesie Sancti Iacobi de Andria. Iuxta terram heredum Sire Antonii de Comestabulo Iuxta terram predicti Andree de laureta et Iuxta terram domini Iohannis Bonelli Alia vero terra. hiis finibus circumdatur. Iuxta viam publicam. Iuxta terram Pascalis de laureta et Iuxta terram predicti Andree de laureta. Quarum predictorum Bonorum omnium predictus magister Iuratus mulieri ipsa auctoritate mandati domini Iustitiarum supradicti. Incorporatam possessionem Induxit. de quorum Bonorum assignatione presens publicum scriptum ad petitionem Instantiam eiusdem mulieris sibi factum est ad cautelam per manus mei predicti Alberici puplici Baroli notarii. signo meo consueto signatum. Subscriptionem mei predicti Iudicis et subscriptionem testium subscriptionibus roboratum. (*Tabellionato*).

† Bartholomeus de Ionatha q. s. Baroli Iudex (*tabell.*).